

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Voluptas g
cum fonte primo

Quid autem de corporis uoluptatibus loquar quarum appetencia quidem plena est anxietatis, sacies uero penitencie?

Quarum motus quid habeat iocunditatis, ignoro. Tristes uero esse uoluptatum exitus, quisquis reminisci libidinum suarum intelliget. Quae si beatos explicare possunt, nichil cause est quin pecudes quoque beate esse dicantur.

Boecius libro III. de consolatione.

Quid autem de corporis uoluptatibus loquar, quarum appetencia quidem plena est anxietatis, sacies uero penitencie? Quantos illae morbos, quam intolerabiles dolores quasi quendam fructum nequitiae fruentium solent referre corporibus!

Quarum motus quid habeat iocunditatis ignoro; tristes uero esse uoluptatum exitus, quisquis reminisci libidinum suarum uolet intelleget. Quae si beatos explicare possunt, nihil causae est quin pecudes quoque beatae esse dicantur, quarum omnis ad explendam corporalem lacunam festinat intentio.

Anicius Manlius Seuerinus Boethius,
Philosophiae consolatio, 3, 7 prosa, 1-4
(CCSL 94, L. Bieler ed., p.47, ll.1-10).